

Prima dicit non teneri redire. Ratio, quia materia iuramenti non est res licita, sed temeraria. Item, quia iuramentum promisitorum non obligat cum mortis periculo, quando decit iusta causa, qualis hic esse non videtur. Ita glossa, Nauar. Tabien, ubi supra, Angel. verb. carcer, n. 4. Armil. verb. accusatio, num. 20. Sylvest. verb. accusatio, q. ultima. Bald. Panorm. Ioan. Andr. Hippol. Curtius. Anchæ. & omnes d. Clement. Pastorali, ubi refert, & sequitur Couar. ubi supra, num. 7. Maior. 4. disq. 15. quæst. 22, inquit addit Couar. hunc grauitate peccare, & redire, Sylva nuptialis, Ripa, quos refert, & sequitur Guttier. de iuram. 1. p. cap. 57. num. 26. & dicit peccare redendo, Duenas regal. 39. 3. limit. 4.

Secunda sententia dicit, huic teneri redire. Ratio, quia licet iuravit, & non temeraria, & rem licitam iuravit: licitum est enim paci mortem. Item, quia eadem est ratio de eo, qui latroni mille aureos promisit iuramento, ne occidetur, de quo omnes communiter fatentur teneri. Item, quia redire ad carcensem iniuriosum, est actio non ex se mala, sed indifferens; alias nulla ex ea faera etiam martyribus licet, & cum accedat causa iustissima, scilicet religio iuramenti, reditur bona ergo iuramentum de illa obligat. Ita Roman. 1. si-  
pulationes non deciduntur, num. 7. 8. ff. de verbis obligatis. Caier. infra, quæst. 89. art. 7. vers. in eadem respon-  
sione ad 4. in fine, Mercado lib. 6. de contract. cap.  
16. §. sexta ei, Sotus lib. 8. de inf. quæst. 1. art. 7. ad 3.  
columna 20. Atril. mutans sententiam, verbo iura-  
mentum, num. 3. & Angel. iuramentum, 5. num. 35. & Sylvest. iuramentum, 4. quæst. 26. mutarunt etiam sententiam; ibi enim dicunt, quod si talis habuit animum iurandi, & se obligandi, iuramentum obligat. Idem tenent multi docti iuniores Magi-  
strorum. Quare licet prior sententia sit probabilis: at hoc est probabilior. Poret tamen, qui sic iuravit, petere relaxationem iuramenti ab Episcopo: vt in eo, qui iuravit latroni se datumnum nummos, sa-  
tentur Doctores, vt dicatur in materia de iuramento. Sed de hac re latissime dixi lib. 3. fam. cap. 11. a  
num. 27. & quæst. 37.

## D V B I V M X V I I .

An condemnatus iniuste possit iudicii, & mi-  
nistris iustitia resistere? & quid de inno-  
cente, damnato tamen iuxta allegata & pro-  
bata.

I. Sit prima conclusio. Iniuste damnatus potest scilicet iudicii, & iustitia ministris, nisi gra-  
uissimum inde orietur scandalum. Ratio, quia bellum ex parte sua iugissimum est, siquidem ab iniusto iniuste se tueret. Ita D. Thom. 2. 2. q. 6. 9.  
art. 4. Sotus lib. 5. de inf. q. 6. art. 4. pando post principi-  
pium. Couar. lib. 1. var. cap. 1. n. 13. Sylvest. verb. ac-  
cusatio, quæst. 6. Tabien, ibi, num. 10. Aramil. lib. 3. &  
D. Anton. 2. p. 11. art. 1. cap. 19. q. 6. Vignet. lib. infit.  
cap. 5. q. 2. ver. 6.

2. Nota hic aliquos asserere talem iniuste damnatum ad mortem, qui aliter evadere non potest, ini-  
quam penam, licet posse, vt se tuerat, custodes carceris occidere. Ita Lucas à Penna, Paris à Puteo, & Hippolytus, quos refert Couar. d. mun. 1. 3. qui dicit hanc sententiam dubium esse, & forsan esse veram, vbi index tyrannice ex certa scientia iungentem damnaret.

## D V B I V M

Secunda conclusio. Innocens, qui tamen iuxta 3  
probata damnaretur, non posset licere iudicem, vel  
cunctos interficer, vt se tueretur. Ratio, quia iu-  
dex licet potest talem reum punire, & impugnare  
ipsum, sed bellum nequit esse ex utraque parte iu-  
stum; ergo ipse innocens sic iuste damnatus non  
potest le ipsum defendere. Quod si dicat bellum  
ex parte iudicis non esse licitum ex natura rei, sed  
ex falla presumptione, & ita ex parte alterius, erit  
reversus iustum. Contraria iudex licet possit decipi in  
presumptione, quod fecerit delictum, non tamen  
decipitur in hoc quod ipsum iuste damnatus non  
licet, & certò conatur innocentia: at iuste damna-  
ret secundum probata. Item, quia ex tali defensio-  
ne magnum orietur scandalum, ergo non licet. Ita  
Couar. & Sotus ubi supra, inquit addit Sotus talem  
non posse se defendere infligendo vulnera mini-  
stris iustitia: posse tamen circa gratia scandalum, &  
circa persecutionem se defendere includendo se in  
locum munitum, & forte armatis territando mini-  
stris iustitia, & dum capitur committendo se eripere,  
etiam pellendo ministros. Si nonnulli docti iunio-  
res, qui dicunt, non posse quando sit nocens, sic te-  
stite.

## D V B I V M X V I I I .

An damnatis ad triremes liceat fugere.

Videatur non posse, quia unusquisque teneat  
iusta sententia patere, & hoc est sententia  
iusta: ergo. Item, quia damnatus ad carcera non  
potest fugere, ut supra dixi: ergo, nee damnatus ad  
triremes, quia haec sunt velut carcer quidam. His ra-  
tionibus duces tenuit hanc sententiam quidam  
doctus Magister, dixit tamen, quod licet oppotuum  
consuli non posse: at eum, qui vel iam fugit, vel  
animis contingit se fugitum, credens bona fide,  
id sibi licere, posse absoluiri, & quod nequeat fugi-  
re, videatur supplicare Nauar. lib. 3. de ref. cap. 1. in  
nova editione in 3. p. subl. 4. n. 18. art. 1. n. 18. 2. in  
solutione ad 2. Idem tenent Nauar. cap. 4. de regul.  
n. 6. 4. coroll. 2. vñq. 1. 2. q. 9. 6. art. 5. disq. 17. 4. cap. 1. n. 7.  
limitat n. 10. vt non tenetur redire, si iam abie-  
rit extr. Regnum Principis ferentis sententiam.  
Quod nequeat fugere, tenet Sayrus thes. casum  
tom. 2. lib. 12. cap. 18. n. 8. Valent. 2. 2. disq. 5. q. 13.  
punct. 4. col. 4. n. 4.

Contra tamen sententia, quod scilicet possit  
fugere, videatur ex eo probari, quod cum in tri-  
remibus maneat sit res durissima, & pena corporalis  
valde gravis, non videtur quis damnari, vt ibi ma-  
neat, sed ut patienter ferat penam sibi illataam, sicut  
dum quis damnatus est ad verbera, vel mortemer-  
go sicut non obstante sententia potest hic licet  
fugere, ita & ille. Pro hac sententia facit Sotus lib. 5.  
art. 4. Sotus lib. 5. de inf. q. 6. art. 4. pando post principi-  
pium. Couar. lib. 1. var. cap. 1. n. 13. Sylvest. verb. ac-  
cusatio, quæst. 6. Tabien, ibi, num. 10. Aramil. lib. 3. &  
D. Anton. 2. p. 11. art. 1. cap. 19. q. 6. Vignet. lib. infit.  
cap. 5. q. 2. ver. 6.

## D V B I V M

## D V B I V M X I X .

An damnati ad exilium, qui bona anni parte  
latent intra locum, a quo exilarunt,  
peccent mortaliter.

Ratio dubitandi, quia de damnato ad carcera,  
& ad exilium fecerit omnes tenent (vt supra di-  
xi) teneri patere sententia. Respondet tamen  
attendandam esse gravitatem delicti, & ob quod  
exilarunt, & pena imposita, si exilium non admis-  
patur: si enim haec gravis sint, peccabit mortaliter,  
si bona anni parte lateat intira muros, a quibus  
exilarunt; secus si per paruum temporis ipsa-  
tum. Exclarabitur etiam a mortali si lateat gra-  
ui coactus necessitate, vt quia se, vel suum famili-  
lam alter sustentare nequit: tunc enim ius natu-  
re concedit illi habeat facultatem. Similiter non  
peccabit mortaliter, quando delictum est leuis,  
& pena imposita, si non impleret, eius leuis.  
Ratio horum omnium, quia sententia illa tantum  
viii precepti humani rigorosi habet: vt hoc au-  
tem obliget ad mortale, hæc omnia attendant.  
Si nonnulli recentiores Magistri.

## C A P V T V .

De testibus.

## S Y M M A R I V M .

D V B I . In quibus casibus teneatur homo ad testimo-  
nium ferendum.

2. An omnibus casibus dicti sit peccatum mortale  
non se offerre ad testificandum.
3. An posse qui se abscondere, vel fingere inhabili-  
tatem, vel inimicitiam, vt sic excusat a testi-  
monio ferendum? & a sic se abscondens, vel sin-  
gens teneatur refutare.
4. An quod iudicium de indiciis, quod debent esse pro-  
batum ad hoc, vt testis teneatur fati veritatem,  
idem si dicendum est infamia, quod scilicet de-  
bet esse probatum ad hoc, vt testis veritatem fati-  
ter teneatur, sine per accusationem, sive per in-  
quistitionem procedatur, vel satis sit esse infamia,  
licet non probatum.
5. An quod dictum est testis non teneri ad reuelan-  
dum criminis, nisi sit infamia, vel indicio pro-  
batum in iudicio, vel testis semiplenè probatum de-  
posuerit in iudicio, sive etiam verum in criminibus  
exceptis, vt in gravissimis, sive in morte  
Principis, & in his, qui sunt contra bonum  
commune, quando damnum non pendat in fu-  
turorum.
6. An Religiosi, & sacerdotes teneantur ferre testi-  
monium.
7. An testis vocatus ab aliquo, vt testimonium redi-  
dat, teneatur etiam manifestare, que pro adver-  
sario faciunt.
8. An testis interrogatus de delicto alterius, quod si  
explicet manifestatur turpitudine ipsius testis, oc-  
culi, & testis non requisitus a iudice non tenetur  
se offerre; quod videtur effalsum, quia potest  
esse causus, in quo accusator ex obligatione ac-  
cusat ergo tunc humiliiter testis teneatur testificari.
9. An ad indicium sufficiat duorum, vel trium testi-  
moniorum.
10. An aliquando unus testis sufficiat ad probatio-  
nem.
11. An in aliquibus casibus non sufficiant duo testes.

12. An testes singulares in aliquibus casibus sit sim ve-  
facient probationem.

13. An si testes discordent secum, vel cum aliis, si va-  
lidum coram testimonium.

14. Qui non legitimi testes, & quas conditiones ha-  
bere debent.

15. An esse socium criminis sit circumstantia, ob quam  
testis sit illegitimus.

16. An testes inhabiles videant aliquid in iudicio.

17. An quanto persona sunt privilegiatae videant ca-  
rum testimonium.

18. An aliquis in causa propriis, vel sibi & alteri com-  
muni posse esse testis.

19. Que solemnitas necessaria requiratur in recipiendo  
testimonium.

20. An pars aduersa posse ad sui defensionem detegere  
occulto testimonium affectu.

21. Ad quid teneatur testis qui falsum depositus.

## D V B I V M I .

In quibus casibus teneatur homo ad testimo-  
nium ferendum.

**D** THOMAS 2. 2. quæst. 70. artic. 1. i  
vbi de hac re agit, quinque conclu-  
siones statuit.

Prima est. Vbi testis interrogatur  
auctoritate iudicis, & secundum or-  
dinem iuris, scilicet de his, de quibus præcepit in-  
famia, tunc tenetur testimonium ferre. Ratio, quia  
præceptum est iustum: ergo subditus teneat  
obedire.

Secunda conclusio. Quando index exigit testi-  
monium, non secundum iuris ordinem, scilicet  
de his, de quibus infamia non præcepit, non te-  
netur testis ferre testimonium, quia præceptum est  
iniustum.

Tertia conclusio. Quando iudex non exigit testi-  
monium à subdito, si testimonium sit necessaria  
ad liberandum proximum ab iniusto lese, idem  
sit dicendum est infamia, quod scilicet de-  
bet esse probatum ad hoc, vt testis veritatem fati-  
ter teneatur, sine per accusationem, sive per in-  
quistitionem procedatur, vel satis sit esse infamia,  
licet non probatum.

Quarta conclusio. Quando index non requirit,  
nec est necessarium ad liberandum proximum ab  
iniusto danno, sed ad alieuius condemnationem,  
tunc non tenetur quia testificari, & licet ex hoc  
periculum imminent accusatori, sibi imputet, qui  
delictum acquisuit, quod probare non poterat.

Vtima conclusio, in solut. ad 2. Si ea, quae quis  
scit, non habet sigillo secreti, non tenetur etiam ad  
præceptum superioris testificari de his, nisi in  
damnum commune, vel alieuius priuati essent.

Difficultas tamen est, an ultra causus ex D. Thom.  
relatos detinatur, in quo quis teneatur ad tes-  
tificandum. Ratio dubitandi, quia D. Thom. art.  
quod quoniam accusator deficit in probatione,  
& ob id imminent ipsi periculum poena, vel in-  
famia, testis non requisitus a iudice non tenetur  
se offerre; quod videtur effalsum, quia potest  
esse causus, in quo accusator ex obligatione ac-  
cusat ergo tunc humiliiter testis teneatur testificari.

Dico tamen primò. Ceterum est quod solum te-  
netur testis se offerre ad testificandum non requi-  
ritus in causis a D. Thoma signatis, scilicet, quando  
testimonium est necessarium ad liberandum  
aliquem

aliquem à danno, quod iniuste patitur, & danno pendet in futurum, & non potest alia via iuficiens reiendum & opportunum adhiberi. Ita D. Thom. & Caet. 2. quest. 70. art. 1. Alcozer in summa cap. 26. vbi de peccatis testium. Sylvest. verbo refit. quest. 8. D. Anton. 2. p. iii. 1. cap. 19. 6. 7. Sotus lib. 5. de suff. quest. 7. art. 1. in principio, & lib. 2. de secreto, membr. 2. quest. 7. dub. 3. vers. sed de testimoniis. Armi. verbo refit. num. 10. Nauar. cap. 25. 7. 41. & cap. inter verba, corol. 6. 3. n. 70. 2. & quidam docti recentiores Magistri.

**D**ico secundò. Quando accusator ex obligatio-  
ne iuriis aliquem accusavit, tunc verum est testem  
tenere se offerre ad testificandum, si videat illum  
descire in probatione. Sed causus iste non est di-  
stinctus à supradictis, quia tunc tantum accusatio  
est in præcepto, quando sit ad obviandum malo  
in futurum pendent, ut supra dictum est. Vnde  
litera D. Thomæ intelligitur de accusatore, qui se  
sponte obtulit ad accusandum, vt faciunt homines  
in causa propriæ ad punitiōnem delinquentes. Et  
licet sit periculum penit ipsi accusatori, quia tam  
enim se sponte obvili, non tenetur testis cum li-  
berare, praefertim cum periculo delinquentis. Ita  
Nauar. d. corol. 6. 3. num. 71. 2. Alcozer vbi supra.  
Caet. 2. 2. quest. 70. art. 1. Sotus de iustis d. art. 1.  
vers. præterea ex quartis, & d. membr. 2. quest. 7. im-  
mediate ante quartam conclusionem, & prædicti Ma-  
gisteri.

## DVBIVM III.

An omnibus casibus dictis sit peccatum  
mortale non se offerre ad testi-  
ficandum.

**R**atio dubitandi, quia offerre se ad testifican-  
dum, est opus charitatis, & ad talia opera non  
tenetur quis sub peccato mortali in quavis nece-  
ssitate. Duplex est sententia.

Prima, quod tunc tantum tenetur testis sub  
peccato mortali le offerre, quando proximus sit  
in extrema testimonij necessitate; quia alias vita  
est amissibilis, vel ea sine quibus sua, vel  
suum vita peribit, in alia vero licet magna sit,  
non tenetur sub peccato mortali. Vnde infert in  
causa ciuilibus rati contingere aliquem sub peccato  
mortali teneri ad offerendum se, quia com-  
munit excaecit ob defectum extreme nece-  
ssitatis alterius.

Secunda sententia est, quod licet proximus non  
sit in extrema necessitate, dummodo sit in pericu-  
lo patiendo iniuste aliquod graue, & notabile  
dannum, tunc testis, qui potest illum liberare te-  
stificando sine danno suo, vel alterius, tenetur  
sub peccato mortali id facere. Ratio, quia est  
magnum disserimen inter hoc, quod est dare ali-  
quid de re sua homini indigent, & liberare il-  
lum a danno inniventi, nam dare si cum iactu-  
ra ipsius dantis, & necessitas recipiens non di-  
citur maxima, nisi maximè indigent: & quando  
liberatur, potest fieri sine dantis iactura, & quam-  
uis alter sit diues, non egeat, dicitur vere pati  
maximam necessitatem, quando est in periculo  
pendendi rem maximam. Quare hinc lequitur,  
quod sicut grauissime indigent tenetur dare de  
superfluo status, ita habentem graue periculum,  
vel incurrentem graue danno, tenetur, si pos-  
sunt, ab eo danno liberare. Et haec sententia

est tenenda. Ita Sotus lib. 5. de iustis. quest. 7. art. 1.  
vers. 1. igitur ad primum, & lib. de fact. membr. 2.  
vers. ad primum, & sic se explicat Nauar. cap. inter  
verba, num. 71. 4. 7. 1. & cap. non inferenda 2. 3.  
quest. 3. 9. tenet Cordub. summa, quest. 1. 37. punct. 5.  
& alii.

## DVBIVM IIII.

An posuit quis se abscondere, vel fingere in-  
abilitatem, vel inimicitiam, ut sic excusatur  
a testimonio ferendo? & an sic se abscon-  
dens, vel fingens teneatur restituere.

**D**E hoc dubio aliqui dicunt, quod sit se abscon-  
dens, vel simulans aliquid, quo excusetur,  
quando scit suum testimoniūm esse necessarium  
ad feruandam alicuius ultiam, peccat, & tene-  
tur restituere dannum, quod læsio sequitur ex de-  
fectu sui testimoniūm. Ita Nauar. cap. 25. num. 41.  
Sit tamen

Prima conclusio. Quando testimoniūm aliciu-  
m erat necessarium ad evitandum dannum gra-  
ue iniustum alicuius proximi, tunc testis, qui fe-  
licit, & obvili, vel per fraudem aliquid simular, pec-  
cat mortaliter. Pater, qui (vt dixi dub. 1.) talis ca-  
sus tenetur sub mortali ad testimoniūm serendum.  
Ita Nauar. vbi supra, Alcozer summa, cap. 26. vbi  
de peccatis testimoniūm, Sylvest. verbo testi, quest. 8.  
Panorm. quem refert, & sequitur Angel. verbo testi-  
fli, num. 27.

Secunda conclusio. Si talis non est requisitus  
a iudice, & testimoniūm diceret, licet peccet, non  
tamen tenetur restituere. Ratio, quia charitas  
obligat in hoc caso ad testificandum, non tamen  
iustitia. Ita Nauar. cap. 25. n. 44. & cap. inter verba,  
corol. 6. 3. num. 71. 3. Alcozer vbi supra, Sotus lib. 5. de  
iust. 9. 7. 4. 7. 1. vers. hac argumenta, & lib. de secreto,  
membr. 2. 9. 7. vers. respondit primum, & vers. per hac,  
& multi iuniores Magistri.

Vltima conclusio. Si talis efficit iam vocatus a iu-  
dice ad testificandum, & se absconderet, vel fin-  
gente aliquid quo excusetur, peccaret mortaliter,  
& teneatur restituere, si ob defectum sui testi-  
monij aliquod danno sequitur parta laesa. Ratio,  
quia ex iustitia tenetur obediere iudicii, & si iu-  
stitia violat. Ita Sotus, Alcozer, Nauar. locis en-  
tibus, vnde sic est intelligendus n. 41. vt ipse se ex-  
plificat num. 44. hoc etiam tenet Cairus lib. 2. de legi  
pan. cap. 12. §. ex his.

Hinc infert, eum, qui ad edita generalia non  
manifestat furtum, quod ille manifestare iubetur,  
calu quo manifestare tenetur, ultra peccatum, &  
excommunicationem, quam incurrit, tenebit res-  
tituere dannum, quod parti laesa sequitur ex sua  
iustitiate; quia temerari ex iustitia obediere editi-  
onis. Ita Alcozer vbi supra, Nauar. cap. 25. num. 46.  
Cordub. lib. 1. q. 43. dub. 2. vers. 1. & aliqui iuniores  
docti, licet contrarium, scilicet, quod se abscon-  
dens postquam vocatus est, vel tacens verum co-  
ram iudice, tantum peccat contra charitatem, te-  
nacum Molina tom. 1. de iust. trahit. 2. dixit 83 pag. 506.

Hic essent disputanda plura alia dubia, scilicet,  
an perdonem priuilegiata, vel qui accepit sub fide  
secreti, vel qui iuravit non ferre testimonium, vel  
ille cui sequitur aliquod danno, teneantur te-  
stificari, ed his latè supra dixi, vbi de denuncia-  
tione ad edita.

## DVBIVM

## DVBIVM IV.

An quod dicitur de indiciis, quod debent esse  
probata, ad hoc ut testis teneatur fati veri-  
tatem, idem sit dicendum de infamia, quod  
scilicet debet esse probata, ad hoc ut testis  
veritatem fati teneatur, siue per accusa-  
tionem, siue per inquisitionem procedatur,  
vel satis sit esse infamiam, licet non pro-  
batam.

**X** altera parte videtur quod debet esse proba-  
ta, quia iudex debet aliquid habere ex parte  
laesi, vt iuridice procedat contra reum; sed quando  
nihil habet probatum in iudicio, nihil habet  
contra reum: ergo necesse est probatum esse infam-  
iam. Ita Nauar. cap. 25. num. 43, & idem vi-  
detur sentire cap. inter verba, corol. 52. num. 59. 9.  
& alii.

Ex altera parte videtur hoc non esse necessaria-  
num. Ratio, quia peccata infamia notata Ecclesie  
non tolerat, sed itam inquiret iubet, & puniri;  
sed si esset necessarium infamiam prius esse pro-  
batam, numquam posset iudices contra ista pro-  
cedere, & si repulsa abundaret peccatis publicis,  
& nullus tenetur respondere iudicibus in-  
quisitoribus, qui quando incipiunt procedere,  
non habent infamiam probatam. Et si dicatur ad  
hoc, quod bene potest primus inquirent de sola  
infamia, & de hac tenetur testis respondere, &  
probata infamia, interrogare de veritate facta: le-  
quantur ex hoc magna absurdia. Scilicet, quod te-  
stis primus interrogatur de criminis publicis; qui  
scit infamiam, & si etiam veritatem, tenetur re-  
spondere de infamia, & non de veritate, & quod  
potest negare veritatem, & tenetur fati infamiam:  
& sequitur, quod si probata infamia cum uno teste  
interrogatur secundus, qui scit infamiam, & fa-  
ctum, non tenetur dicere primus de facto, sed  
de infamia primus, & postea de facto. Item, quia  
parum refert ut probetur infamiam esse, nisi pro-  
batum sit, aliquem determinatum esse infamia  
notatum.

Secunda ratio sit, quia textus in cap. qualiter, &  
cap. inquisitione, & alij, ac acus. solim exigunt infamia  
non ad inquirendum in particulari malefactores  
infames, & non requirunt infamiam prius esse pro-  
batam, & auctores committere sic loquuntur, & co-  
siderunt sic receptum est: nam in editis publicis  
principiū sub excommunicatione, vt onnes de-  
nunciant malefactores infames, & non expectatur  
probatio infamiae, & (vt dixi supra c. 2. de demon. ad  
editis) huiusmodi delicta tenetur quis statim de-  
nunciare. Et confirmatur, quia hoc dicitur inter in-  
famias & indicias, quia nunquam diecum contra  
alicum esse indicia, nec crimen esse indicium no-  
tatum, quia tali indicia manent secreta apud  
duos, vel tres, sed quando indicia vel sunt pu-  
blici, vel sunt in iudicio probata, infamiam vel  
bene dicimus esse contra aliquem, & delictum  
ipsius esse famolum, licet infamia non sit probata.  
Item, quia cap. 2. inquisitione, sub disfunctione di-  
cit sufficere infamiam, vel clamorosam infinita-  
tionem, & plures Doctores, quos sequitur Nauar.  
cap. inter verba, corol. 6. 3. num. 99. 7. dicunt infamiam  
dicere, quando testes in iudicio testificati sunt de ea,  
& clamorosam infinitationem, quando extra iu-  
niores.

Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

dicium plures id manifestarunt iudicii, ergo sufficit  
infamia non probata in iudicio.

Tertia ratio sit, quando index habet ius ad in-  
quirendum de aliquo delicto, potest etiam inquirere  
de circumstantiis necessariis ad eius cognitio-  
nem, licet occulte sint, vt dictum est supra, vbi de  
inquisitione: ergo si iudex ante probationem infamie  
potest inquirere de infamia, potest etiam inquirere de fundamento infamie, & de ratione,  
& causa eius, quod est quartus de veritate facti,  
& si tenebitur testis respondere. Et hanc partem  
videtur tenere D. Thom. 2. 2. quest. 70. art. 1. cum  
pluribus aliis, quos retuli supra cap. 3. de inquisi-  
tione. assent enim testem requisitum à iudice te-  
nenti respondere de delictis infamia notatis, &  
non petit ibi ut infamia sit prius probata, & idem  
sequuntur plures dicto dub. 36. citati.

Sit conclusio. Longè certior sententia est non  
esse opus, vt infamia sit probata ad hoc quod te-  
stis teneatur respondere, sed quando infamia notata  
est, tenueri testem respondere iudicii, siue per  
viam accusationis, siue per viam inquisitionis pro-  
cedent, licet infamia probata non sit, modo con-  
sistit testi infamia. Patet ex dictis, & ita docuerunt  
plures docti iuniores Magistri.

## DVBIVM V.

An quod dictum est, testes non teneri ad rene-  
landum crimina, nisi sit infamia, vel in-  
dicia probata in iudicio, vel testis semple-  
nè probans depositur in iudicio, sit etiam  
verum in criminibus exceptis, vt in gra-  
uissimis, vt in morte Principis, & in aliis,  
que sunt contra bonum commune, quando  
damnum non pendet in futurum.

**E**x una parte videtur, quod in his non sit ne-  
cessarium. Primum, quia ista delicta sunt in iure  
excepta, vt ad procedendum contra ipsa non re-  
quiratur tanta solemnitas, quanta requiritur ad  
procedendum contra alia, qua sunt in damnum  
terti, quod omnes Doctores fatentur, sicut supra  
cap. 3. de inquisitione dictum est: sed si dicimus  
quod quando proceditur ad punitiōnem merar,  
qua non pendent in futurum, sunt necessaria in-  
dicia, &c. & tunc tantum sunt reuelanda, mil-  
li plus illis tribueretur, quam omnibus aliis, que  
sunt in prædictum tertii. Item sequetur ista  
crimina non posse à iudice puniri, nisi quando  
sunt notoria, vel publica, quia si quis solus, vel  
cum alio videt hominem occidentem. Regem,  
& fugientem cum ens nudo, sanguine alper-  
so, si non tenetur dicere se vidisse occidentem,  
quia est secretum factum; ergo nec quod videt  
fugientem, quia est secretum indicium, & eadem  
est ratio de vino, & de altero; & sic crimen laesa  
majestatis puniri non posset, nisi publicum, vel  
notoriū sit: quod videtur absurdum. Hanc par-  
tem videtur affirmare plurimi auctores, Sotus  
membr. 2. quest. 6. vers. 3. & excipit, vbi dicit, in  
his delictis posse reum inquiri de occultis compli-  
cibus, & 9. 7. vers. 3. ubi autem postquam dixit requiri  
infamiam, vel clamorosam infinitationem, & plures Doctores, quos sequitur Nauar.  
cap. inter verba, corol. 6. 3. num. 99. 7. dicunt infamiam  
dicere, quando testes in iudicio testificati sunt de ea,  
& clamorosam infinitationem, quando extra iu-  
niores.

V num. 57.

num. 57. & cap. inter verba, corol. 66. num. 834. ait, quod tunc male agit iudex, quando interrogat de delictis emendatis, de quibus non habet infamiam, vel indicia, nec sunt decepti in iure, vbi videtur sentire in exceptis non requiri infamiam, nec indicia, & explicat ibi, n. 834. hoc esse verum, tam ad hoc, quod iudex interrogat, quam ad hoc quod testis tenetur reuelare, & corol. 62. n. 686. loquens de criminis laesae maiestatis, de quo ius statuit extraaganti ad reprimendum, vt procedatur contra occulos reos, explicat Nauarr. hoc intelligi, quoniam crimen non pendaat in futurum; & Anton. Rom. tom. 5. variar. cap. 1. n. 17. ait, quod in criminibus exceptis, si est praemuptio aliquem habuisse socios, interrogatur de ipsis, & compellitur torturam ad manifestandum eos; & hanc esse communem sententiam asserit Nauarr. cap. inter verba, corol. 50. & Anton. Gomez ibi.

Pro altera parte, scilicet idem esse dicendum de istis, & de aliis delictis, quanto ista in futurum non pendent, faciunt aliqua.

Primum, quia ius naturale & euangelicum praecepit, vt in criminibus secretis non vni, duobus, vel tribus, sicut correccio secreta ante iuridicam denunciationem, quod secundum omnes (vt supra vidimus) in criminibus etiam contra commune bonum, intelligitur quando est certa spes emendatione: ergo, quando haec est spes, & tantum punitione gratia inquiruntur, non sunt manifestanda, &c.

Secundum: crima que non sunt iam aliquo modo manifestata per infamiam, vel indicia probata, &c. non pertinent ad forum exterius quoad punitionem publicam: ergo non sunt illa reuelanda. Et confirmatur, quia non dicuntur esse contra aliquem indicia, nisi quando iam sunt publica, vel probata, nec semiplena probatio, nisi quando iam testis depositus in iudicio, nam si duo, vel tres videntur delictum, & indicia eius, & nil detergunt, sed apud eos later, non potest dici esse contra delinquentem indicia, vel semiplenam probacionem: ergo etiam in istis delictis exceptis debent esse indicia probata, ad hoc quod iudex possit compellere ad reuelandum. Hanc doctrinam videntur omnes communiter affirmare. D. Thom. 2. 2. 9. 3. art. 7. de omnibus delictis, etiam contra bonum commune, assert quod si emendata sunt, non sunt iudicii praecipienti reuelanda, nisi per indicia sunt manifesta, & Palad. 4. dif. 1. 9. quaff. 8. alia, preceptum correctionis habere locum secundum omnes, etiam peccatum sit probabile, quia duo, vel tres id videntur, & quod vniuersaliter intelligatur de omnibus delictis, & Caiet. opus. 17. resp. ref. 5. affirmat, loquens etiam de delictis exceptis, quod etiam sunt complices, si non interuenient indicia, non sunt reuelanda ad punitionem: ergo intelligit de indicis iam probatis: quia si sunt complices, claram est quod sunt indicia non probata. Sotus memb. 2. quaff. 7. loquens de criminibus exceptis, de quibus index sine infamia, & indicis potest interrogare, ait, quod licet iudex bene interroget: ad reus interrogatus non tenetur se reuelare, quando non sunt contra ipsum indicia, quia ipsum insinuant, tamen quod testis tenetur ad obviandum malo publico, de quo presumunt periculum in futurum: ergo, quando non pendent in futurum, non tenetur testis respondere. Gregor. Lapez. l. 4. tit. 29. par. 7. loquens vniuersaliter de

omnibus delictis, & de utraque via, scilicet inquisitionis, & accusationis, ait quod tunc index potest procedere, quando de criminis sunt indicia, &c. & tunc reus tenetur faceri. Quando vero non sunt talia indicia, tunc (inquit) reputatur crimen occultum, & improbabile, & index nequit licet interrogare, nec reus tenetur respondere, & confirmat suam sententiam ex Baldō l. 2. C. de exhibendis reis, vbi loquitur de latronibus; & licet explicet de reo, idem videtur sentire de teste, qui vniuersaliter dicit, tale crimen reputari occultum, & improbabile; & Corduba in lib. 1. quaff. 43. fol. 347. loquens de criminibus exceptis, & quando vnu, duo, vel tres videntur crimen, affirmit quod si non pendaat in futurum, non est manifestandum at testibus, quando delinquens non est specialiter infamatus, vel accusatus, vel denunciatus cum indicis, vel semiplena probatione; & pro hac sententia citat aliquos. Idem videtur affirmare Syluest. verbo testis, quaff. 8. vbi vniuersaliter affirmit, quod si crimen non pendaat in futurum, non tenetur testis illud reuelare, nisi praegerit infamia, vel semiplena probatum sit; & verbo corollario, quaff. 8. & verbo inquisitio, §. 7. clarissim affirmit, quod licet delicta sunt contra bonum commune, licet iudex generaliter interroget, non tamen est reuelandum delinquens emendatus, nisi quando iudex potest de illo in particulari, & nominativum interrogare: at claram est secundum omnes, & secundum eundem Sylvest. verb. testis, quaff. 8. indicem non posse iure de aliquo interrogare in particulari, nisi habeat indicia, &c. & Nauar. cap. 25. n. 37. approbat Caet. sententiam, & ait, quod quando complices occulti perseuerant in delictis in damnum reipublicae, vel aliorum, & non sufficit ad impediendum correctione fraterna, tunc sunt reuelandi: ergo, quando sunt emendati, non sunt reuelandi; & cap. inter verba, corol. 52. n. 6. & corol. 62. num. 66. multa dicit in favorem huius sententie.

Sit conclusio. Probabile est etiam in istis delictis exceptis, quando omnino sunt emendata, & nullo modo pendent in futurum, non teneri testem a iudice rogatum ea manifestare, nisi vel infamia, vel indicia probata praecipient, vel testis semipleni probans in iudicio depouerit. Patet ex dictis. Ita nonnulli recentiores docti Magistri.

#### D V B I V M VI.

An religiosi & sacerdotes tenentur ferre testimonium.

S It conclusio. Quando testimonium est necesse, scilicet ad liberandum aliquem a damno iniuste illato, sive datum sit commune, sive priuatum, & reo non sequitur pena sanguinis, tunc tenentur illi ferre testimonium. Ratio, quia hoc est de iure naturali, quod omnes obligant: patetque ex cap. quoniam, 2. 4. 2. 1. I Rainerus, quem referit, ac sequitur Syluest. verbo testis, q. 8. dicto 1. D. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 1. 9. 8. 7.

#### D V B I V M VII.

An testis vocatus ab aliquo, vt testimonium reddat, tenetur etiam manifestare que pro aduersario faciunt.

Exem

#### Lib. VI. Cap. V. Dub. VIII. &c. 231

Exemplum sit. Petrus citatur a Paulo, vt testis pro ipso aduersus Andream, sicut etiam aliqua, qui conferunt Andream, dubitatur, an tenetur illa manifestare.

2 Relipsonder affirmat, & si illa taceat, tenetur ad refutacionem damni ex taciturnitate sequenti Andream. Ratio, quia est causa talis damni, illudque ex iustitia tenebatur vitare: siquidem contra ipsum testitus est. Ita colligitur ex cap. 1. de criminis falsi, & docet Nauarr. summa Hisp. & Lat. sed clari- rius in Hisp. p. 25. num. 40.

#### D V B I V M VIII.

An testis interrogatus de delicto alterius, quod si explicit manifestatur turpitudine ipsius testis occulta, v.g. quia fuit complex in eodem delicto, teneatur illud manifestare.

R Espondet negatiuē. Ratio, quia damnum sequuntur testis excusat ipsum a testificando: at hoc est graue damnum, scilicet vt delictum testis occultum manifestetur: ergo. Ita colligitur Couar. lib. pratt. cap. 1. 8. n. 7. principio, vbi docet, non posse interrogari testem, nec ipsum teneri ad respondendum super his interrogationibus, per quas turpitudine ipsius testis detegitur, & ita tenent mulieres docti iuniores Magistri.

#### D V B I V M IX.

An ad iudicium sufficiat duorum, vel trium testimoniorum.

S Upponendum est cum D. Thoma infra non in omnibus eandem certitudinem exigendam esse. Quo posito sit.

Prima conclusio. Testimonium duorum testium cum ipso auctore communiter sufficit ad iudicium pronunciandum. Ratio, quia communiter dictum trium non fallitur. Hec conclusio habetur ex iure divino, Deuter. 17. & 19. & ex iure humano, cap. quod vero, 2. quaff. 5. & cap. omni negotio, de testibus, & l. vbi numeris, ff. de testibus.

2 Secunda conclusio. Aliquando non sufficit duorum, vel trium testimoniorum, scilicet quando iudicium condemnationis agitur contra aliquas personas in dignitate constitutas: vt contra Presularem Ecclesie Romanam requiritur ad condemnationem numerus 72. testimonium contra Presbyterum Cardinalium 64. ad hoc vt deponatur. Contra Diaconum Cardinalem, vt dannetur requiritur numerus 47. testimonium. Contra subdiaconum, acolytum, exorcistam, lectorem, & officiarium, requiritur ad condemnationem septem testes. Ratio, quia in talibus officiis presuminetur esse hominem tanta sanctitas, cui plus sic creditur, quam multis testibus. Hanc conclusionem ponit D. Thom. 2. 2. quaff. 7. o. art. 2. ad 3. & habetur 2. 9. 5.

3 Ultima conclusio. Ad hoc quod dictum testimonium sit sufficiens, requiritur quod in principibus sint concordes, & concordes, & non singulares, vel diversi. Ratio, quia quando in principibus circumstantis, vel personis non sunt concordes, presuminetur, vel quod falsum dicunt, vel quod sunt singulares, id est, non de codem facto, sed de diversis loquantur. Pro huius intelligentia nota ex D. Thom. 2. 2. 9. 7. o. art. 2. ad 2. vbi hanc conclusio.

Th. Sanchez Consil. moral. Tom. II.

sionem tenet, quod discordia testium est duplex, sicut circa principia, & substantia, vt si quidam dicant delictum factum tali tempore, scilicet manē, vel tali loco, vt domi; alter vero in alio tempore, vel loco, vt veipere, vel in agro: talis discordia arguit tales esse singulares, & vnuquemque de diuerso facto testari, & infirmat testimonium, & a fortiori si discordia sit eiusdem testis cum seipso. Altera est in circumstantiis accidentibus, quia ad factū substantiam non pertinet, vt si quidam dicat factū delictum tempore nubilat, altero tempore sereno, vel vnu dicat factū hora 11. alter 12. Item, quando vnu dicit circumstantia, quam alter non negat, nec affirmit, & discordia circa has circumstantias non infirmat testimonium, quia circa talia minima facile homines ex inadvertencia, vel ex oblitione labuntur: immo talis discordia solet esse signum maiorum firmatis, & veritatis, quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis viderentur ex cōdicto eundem sermonem proferre, si autem testes actoris, & rei fuerint discrepantes, si sint numero, & dignitate æquales, iudex debet judicare in fauorem rei, & non actoris. Ratio, quia melior est consilio possidentis. Item, quia iudex propensior esse debet ad absoluendum, quam ad condemnandum. Ita D. Thom. 2. 2. quaff. 90. art. 2. ad 3. & Sylvest. verb. testis, quaff. 7. Sotus lib. 5. quaff. 7. artic. 2.

Vrum autem testimonium aliquius sit absque eius culpa repellendum. Respondet aliquis repellere testimonio ferendo proper culpam, vt sunt infideles, infames. Ratio, quia testimonium debet esse probabile: at culpa tollit probabilitatem, praecipue aliquid culpæ, quæ hominis magnam incontinentiam, & infirmitatem argunt. Aliqui etiam sine culpa a testimonio ferendo repeluntur, vt sunt pueri, mulieres, nimici, &c. Ratio, quia præter culpam sunt defectus, & conditiones in hominibus, quæ arguit eos posse faciliter corrupti metu, & cupiditate: item, quia cum agatur de aliterdam damage, non facile cinqüe credendum est. Ita D. Thom. 2. 2. 9. 7. o. art. 3.

#### D V B I V M X.

An aliquando unus testis sufficiat ad probationem.

S It prima conclusio. Aliquando sufficit, scilicet in negotiis, quæ in aliquid damnum non sunt, vt ad iudicandum, an aliqua Ecclesia sit consecrata, aliquis baptizatus, confessus, &c. cap. parvus, de conf. dif. 4. cap. testimonium, de testibus. Item ad impediendum aliquod peccatum sine punitione alterius. Item ad maximorum illegitimum impediendum ne fiat, & alia huiusmodi, cap. præter 2. de sponsal. & ibi glossa, & cap. super eo 2. de test. & aliqui, quos referit, & sequitur Couar. 4. decr. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 21. Nauar. cap. sacerdotis, de penit. dif. 6. n. 27. Sylvest. verb. testis, q. 5. & ratio est, quia sola fama sine alia probatione ad hoc sufficeret ergo & vnu testis bonus; sed adiuste hoc intelligi nisi sit probabilis conjectura in contraria, & de teste, qui certè sit impedimentum. Ita quidam iuniores docti.

Secunda conclusio. Aliquando etiam in causis, quæ sunt in damnum & punitione alicuius, sufficit

V 2 dictum

dictum unius testis, scilicet, si testis sit sumimus Pontifex, cuius testimonium facit probationem, & etiam si est Cardinalis, in multis casibus sufficit dictum unius de confutudine Curie. Syluest. vbi supra.

- 3.** Tertia conclusio. Prater has personas dictum unius nunquam facit probationem in causis, quae sunt in damnum, & punitionem alterius: bensamen facit presumptionem, & indicium, & semiplenaria probationem, cap. vien., & cap. via, de testibus, cap. quoniam, de probat. cap. testis, 4. quod. 3. numerus, ff. de testibus, & iuxta hanc conclusionem intelligitur dictum illud commune, dictum unius, dictum nullius.
- 4.** Sed nota hanc conclusionem pati exceptionem in contradicibus, qui per interpretarem sunt; quia contrahentes sunt diuersi idiomatici: tunc si interpres fuit sumpitus ex voluntate partium, creditur ipsi solum cum iuramento, & facit plenam fidem, & probationem. Idem etiam creditur de aliquibus, quando non fuit sumpitus voluntate partium, tamen alter non reperitur in ciuitate. Ant. Gomez. tom. 3. cap. 9. n. 5.

## D V B I V M X I.

An in aliquibus causis non sufficiente  
duo testes.

- 1.** Prima conclusio. Aliquæ sunt causæ, in quibus non sufficienti. Ratio, quia propter malitiam humanam in his causis solent multæ fraudes intercedere, v. g. in testamentis apertis requiruntur quinque testes, in oculis septem, in codicillis, & donationibus causa mortis quinque, licet in legatis ad prias causas sat sint duo, cap. relatum 2. de testamentis.

- 2.** Secunda conclusio. Ad probandum debitum solutum, quod erat in scriptis, & in contractu, qui excedit libram auri, factio in scriptis in ciuitate ab imperio, requiruntur quinque: ad reprobandum autem instrumenta quaquier, vel quinque meliores de scriptis in instrumento: in pecunia deposita requiruntur tres. In his causis iuxta ius commune plausum duo testes requiruntur, prater id, quod in legibus regni dispositum est. Syluest. verbo testis, quod. 5.

## D V B I V M XII.

Ante testes singulares in aliquibus causis sat sint,  
& faciant probationem.

- 1.** Nota testes dici singulares, quando deponunt super diuersis factis, ita quod quilibet est singularis pro dicto suo, & tunc intelligetur esse singularis, quando quilibet signatum testificatur aliquid, quod non colligitur probabiliter esse illud, quod aliis testificatur. Contraria vero rationes dicuntur conterentes, quando deponunt de facto eodem, quod sic esse, probabiliter colligitur ex circumstantiis.

- 2.** Secundò nota aliquos esse actus continuitatem non habentes, sed breui tempore transeuntes, v. g. homicidium, contumelia; alios vero diu permanentes, ut concubinatus, possesso rei iniusta.

- 3.** Prima conclusio. Quando actus, de quo testificantur, habet continuitatem, vel quia per longum tempus durat, vel quia consuetudo, vel delictum

in genere sufficit probari; tunc licet in aliquo sint singulares, testimonium eorum est validum, v. g. si de homine otioso iacente per diem in platea, unus dicit vidisse illum mane, alter vesper: si de possidente rem iniuste, unus dicit vidisse hominem habere rem illam mensē Ianuarij, alter dicat mensē Februarij, &c. Ratio, quia licet de diversis actibus testetur, in quo singulares sunt, valet nihilominus eorum testimonium, quia quantum ad rem principalem, de qua testificantur, conterentes sunt, vel quia uno actu continuato testantur, vel de vicinie confutudine, &c. vel de uno delicto in genere, scilicet haræcis, vel blasphemie. Glosa. ob carcere, ff. de testibus. Ioan. Andr. cap. qualiter, de accusat. & ibi Innocent. Syluest. verbo testis, quod. 3. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 12. n. 12. Cour. lib. 3. var. cap. 3. n. 5.

- 3.** Tertia conclusio. Prater has personas dictum unius nunquam facit probationem in causis, quae sunt in damnum, & punitionem alterius: bensamen facit presumptionem, & indicium, & semiplenaria probationem, cap. quoniam, & cap. via, de testibus, cap. quoniam, de probat. cap. testis, 4. quod. 3. numerus, ff. de testibus, & iuxta hanc conclusionem intelligitur dictum illud commune, dictum unius, dictum nullius.
- 4.** Sed nota hanc conclusionem pati exceptionem in contradicibus, qui per interpretarem sunt; quia contrahentes sunt diuersi idiomatici: tunc si interpres fuit sumpitus ex voluntate partium, creditur ipsi solum cum iuramento, & facit plenam fidem, & probationem. Idem etiam creditur de aliquibus, quando non fuit sumpitus voluntate partium, tamen alter non reperitur in ciuitate. Ant. Gomez. tom. 3. var. cap. 9. n. 5.

**Secunda conclusio.** Quando non proceditur ad integrum pœnam, sed ad aliquam, quæ potius pœnitentiam sit, & medicina ad delinquentes emendam, tunc fat sunt testes singulares de diuersis factis sumilibus deponentes contra aliquam determinatam personam, v. g. si quis de reo dicit, vidisse se fecisse tale furturn, alter vidisse eum aliud furturn facientem, & concurrens multus testium numerus, tales probationes sunt in viu apud Religiosos, & habentur ac sufficienes apud illos. Ratio, quia apud tales viros magna fidem faciunt tales probationes. Item, quia pœna sunt mitiores. Item, ut evitentur tormenta, ad quæ apud seculares ex his probationibus proceditur: apud iudices secularares, cum acerbiores sint pœnae, non sufficiunt ad damnandum, sed proceditur ad torturam. Sic Caiet. 2. 2. quod. 7. art. 2. ad 2. Sotus lib. 5. de inf. quod. 7. art. 2. ad 2. Cour. lib. 3. var. cap. 3. n. 5. vbi ob testes singulares dicit pœnendum culiciter viaturum pœnae mitiori.

**Tertia conclusio.** Quando cum testibus singulis, aliae conjectura graues, scilicet multitudine, vel magna integritas ipsorum testium, vel alia magna industria concurrent, tunc faciunt sufficiens testimonium. Alex. conf. 100. & aliqui iuniores Magistri.

## D V B I V M XIII.

An si testes discordent secum, vel cum aliis,  
sit validum eorum testimonium.

- 1.** Prima conclusio. Si aliquis testis extra iudicium dicit unum, & in iudicio dicit oppositum, statu posteriori dicto, quia primum non erat authenticum, bene tamen secundum. Ita aliqui, quos referit, & sequitur Syluest. verbo testis, quod. 7.

- 2.** Secunda conclusio. Si vtrumque dictum fuit in iudicio, statu primo dicto. Ratio, quia vtrumque dictum fuit authenticum, & presumitur preceps dictum, vel donis retrahit. Ita Syluest. & alii, quos ipse referit, & Nauar. cap. 25. num. 40. vbi limitat id, nisi in continentis retrahit, tunc enim statu ultimo dicto, quia videtur se corrige, & emendare, quasi ex inconsideratione suillet loquutus. Si vero ex interrullo retrahit, ante tamen quam pronuntiatur sententia, statu priori dicto, ad debilitatem illud, adeo, ut talis testis non repeteret omni exceptione maior. Ita Innocent. & Cardin. quos referit, & sequitur Nauar.

Nota

**3.** Nota huc, quod interdum posteriori dicto statutur, scilicet quando consideratis circumstantiis personorum, causæ, & temporis iudici videtur reuocare suum dictum simulo conscientia. Naturam. ibi.

- 4.** Tertia conclusio. Quando testis vnu contradicit pluribus, si omnes simul sunt scripti in aliquo instrumento, tunc inualidat dictum eorum, si vero non sit scriptus in eodem instrumento cum pluribus, non inualidat. Latet prima pars. cap. quoniam. cap. 3. art. 1. fine. Post secundam pars, cap. admodum 3. q. 2. Syluest. vbi supra.

- 5.** Quarta conclusio. Quando plures testes contradicunt pluribus, si omnes deponunt in eodem tempore, index debet stare dicto illorum, qui verisimiliora, & a priore negotio dicunt, licet pauciores sint; si vero non apparet notabiliter, qui dicant verisimiliora, tunc debet stare dicto illorum, qui vel numero, vel dignitate excedunt, siue producantur testes ab eadem parte, sine a contraria, & diuersis partibus. cap. com. 2. de testibus. Syluest. vbi supra.

- 6.** Quinta conclusio. Quando plures testes pluribus contradicunt, & non deponunt omnes de eodem tempore, sed de diuersis temporibus, ita ut, qui secundum deponunt, inducatur ad destruenda priorum dicta, non statu dicto posteriorum, nisi maximè hi excedant illos numero, vel dignitate, & fama. Ratio, quia post testium publicationem præsumuntur in posteriis subornatio, que non sit presumitur, quando eodem tempore testantur. Lopimian. C. de contraria. & committ. si. cap. 3. Syluest. vbi supra.

## D V B I V M X I V.

Qui sunt legitimis testes, & quas conditiones habere debeant.

- 1.** Nota idem esse testes legitimos, & omni exceptione maiores: dicuntur autem legitimis, quia habent qualitates per leges requisitas, dicuntur vero omni exceptione maiores, quia nulla exceptione legitima, & iuridice repellit. Ita enim plures statut exceptions, ob quas testimonium alius in efficax redditur: & quando nulla talium exceptionum, & defectum reperiatur in teste, tunc merito legitimus, & omni exceptione maior habetur. De his latè Anton. Gomez. tom. 3. var. cap. 13. art. 13. Cour. quod. præc. cap. 1. per totum.

- 2.** Secundò nota, plures esse conditiones necessarias in testibus, ex quibus colliguntur defectus contrarij, propter quos indicantur inhabiles.

- Prima** conditio requiriatur, ut testis sit homo liber, square sexus non paret esse testis. l. quoniam. liber. C. de testibus. 4. quod. 3. §. item in criminalibus. Sed exceptiunt aliqui causas, in quibus valet testimonium serui, scilicet quando de facto serui queritur non pro domino, nec contra dominum, d. s. i.e. & aliquando ex defectu aliorum testimoni. Syluest. verbo testis, quod. 1. Ex defectu huius conditionis dicunt aliqui Religiosum non esse validum testimonium coram iudice seculari, si abhinc Praelati licentia testificatur: alij tamen dicunt valere, quia esse Religiosum non est defectus. Ita Syluest. ibi referens aliquos contra alios, quos ibi referit. Item ex defectu huius incarceratus, qui tempore

quo deponit, detinetur in vinculis, non est legitimus testis. l. 2. c. tit. 1. 6. part. 3. Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. num. 1. 8. cap. 1. 9.

**Secunda** conditio est, ut sit vir: quare mulier testis esse non potest. cap. mulierem, 2. 3. quod. 5. Exceptiunt tamen aliqui causas, in quibus mulier potest esse testis, scilicet in causis ciuilibus, & in criminalibus, quando de illis ciuiliter agitur, & in causis iuridicis, & in quibusdam criminalibus, etiam criminaliter, ut in simonia, & delictis in bonum commune, & licet in testamentis non admittatur, admittitur tamē in codicibus. Item per viam denunciacionis admittitur. Syluest. vbi supra, referens plures textus. Nota tamen quod licet hoc sit verum de iure canonico: at de iure ciuilis bene admittitur mulier bonæ famæ ac testis in omni causa criminali. l. 1. tit. 1. 6. p. 3. Syluest. vbi supra.

**Tertia** conclusio. Quando testis vnu contradicit pluribus, si omnes simul sunt scripti in aliquo instrumento, tunc inualidat dictum eorum, si vero non sit scriptus in eodem instrumento cum pluribus, non inualidat. Latet prima pars. cap. quoniam. cap. 3. art. 1. fine. Post secundam pars, cap. admodum 3. q. 2. Syluest. vbi supra.

**Quarta** est dictio, id est, ut necessariam prudenter habeat. Quare non admittitur furiosus, & infanus. Syluest. vbi supra, referens plures textus.

**Quinta** est fortuna, scilicet ne tam pauper sit, ut considerata sue virtute fragilitate simul cum indigentia probabilitate credatur facile posse corrupti pecuniam: si vero non sit talis conjectura, paupertas non erit defectus, l. 1. tit. 1. 6. p. 3. Quare debet esse pauper, & vilis persona, ut repellatur. l. 3. tit. 1. 6. p. 3. Syluest. vbi supra.

**Sexta** est fides, id est, ut sit Christianus, cap. si 7. hereticus. 2. 9. 7. Syluest. vbi supra.

**Septima** fama, id est, sit bona opinio, quare 8. infames non admittuntur, etiam post pœnitentiam, nisi iam infamia iuridice sit abolita, & hoc præcipue in causis criminalibus, cap. præterea de testib. cap. Euphemion. 2. 9. 3. cap. 1. Simonis, de testibus. Syluest. vbi supra.

Ex defectu huius conditionis homo ciuilis, non est emendatus, quando in crimen perseuerat, non est talis legitimus: si vero est emendatus, in causa ciuilii valet eius testimonium, in causa vero criminali, licet emendatus sit, aliquando non valet, scilicet quando prius confessus fuit crimen in iudicio, vel connexus de illo, vel si fuit grauata eius opinio pro eo quod fuit repulsus. testimonium de testibus. Item de hunc defectum homo in iudicio peritus repellitur; similiter ebrios, qui solitus est inebriari, propter quos indicantur inhabiles. Hæc Syluest. verbo testis, quod. 1.

**Octava**, ut testis non sit nimis coniunctus parentibus, vel contrarius, ita ut probabilitas em testimonij notabiliter minuat. Ex defectu iutus parentes non admittunt pro filiis, nec filii pro parentibus, nec ascendentis intra quartum gradum pro descendentiibus, nec contra descendentes pro ascendentiibus, 4. 9. 3. nec cognati collaterales intra quartum gradum. Excipiuntur tamen aliqui causas, in quibus valet testimonium istorum, scilicet, cum queritur de aetate, vel nascitute filii, admittitur testimonium parentum. Item, quando agitur de impedimento maritimonij ratione consanguinitatis, vel affinitatis: item, quando lis, vel causa versatur inter æqualiter coniunctos ipsi testi, tunc valet eius testimonium. Ex defectu huius

condi-

conditionis non admittuntur testes, qui sunt de familia actoris, nec de domo actoris, vel accusatoris intellige quando actu sunt de familia. Excipiuntur tamen aliqui causis, scilicet, quando qui sunt de aliquo collegio, taliunt super factu ipsius collegii, quod est tales, ut per alios probari non possit; & similiter religiosi de fato sunt monasteriorum, & clericorum in causa sue Ecclesie. In ipsis casibus, quando testes non sunt in illis causis actores, vel responsales, admittuntur ad testimonium, cap. veniens, cap. infra, & testibus de testimoniis. Ex defectu huius conditionis non admittuntur inimici illius, contra quem fertur testimonium, 3. quest. 4. 8. testes, intelliguntur non de leui, sed de gravi inimicitia; & hic defectus est carceris maior, nam in multis casibus, ut in delictis contra rem publicam, admittuntur alii inhabiles, non tamen inimici. Nec admittuntur exequitores negotiorum, qui in ipsa causa fuerint actores, vel responsales. Nec qui sunt procurator, vel Aduocatus in priori iudicio, in causa appellationis admittuntur, d. cap. infra, cap. Romana, de testibus, in 6. Hac omnia defumpta sunt ex Syl. ibi supra, & Anton. Gom. tom. 3. varior. cap. 12. a num. 13. vbi scire omnia, que dicta sunt in toto hoc dubio, docet.

## D V B I V M X V.

An esse socium criminis, sit circumstantia, ob quam testis sit illegitimus.

V adam sunt certa apud auctores.

Certum est esse inhabilem ad testificandum de socio in eodem crimen. Ratio, quia generatus lufpicio, quod sperans propter alterum fauorem, vel ut habeat in crimen locum, illum nominat. Item, quia est criminosis, cap. veniens 1. de testib. cap. 1. de confess. 1. fin. C. de accusat. 1. 21. tit. 16. 1. 3. vbi bene Greg. Lop. dicit cum Baldo, non valere etiam pro eodem loco, si testificetur.

Secundum est certum esse aliqua criminis, in quibus non est inhabile ad testificandum sive huius testes, cap. in fidem favoris de heret. in 6. crimen laesa maiest. cap. 1. de confes. crimen falsa moneta, 1. 1. C. de fid. mon. crimen maleficij, 1. 1. C. de malef. & Math. crimen fodomia, pragm. regis 8. furum famosum, I. prouinciarum, C. de f. r. Item iuxta communem opinionem idem intelligitur in omni crimen, quod sine sociis committi non potest; & in crimen commissio a seruo, qua praelium semper habere faciliatur. I. quis prohibet, ff. de postulando. Quando vero est inhabilis principaliter fauore partis, ut dolemitus, hostis, consanguineus, &c. tunc si non potest, non potest iudex repellere. Ita tenet plures, quos referit, & sequitur Anton. Gom. tom. 3. varior. cap. 12. num. 16. & 17.

Sed quoad aliqua sunt opiniones, scilicet, an in his casibus, quibus socius potest esse testis, sit testis integrator ut semiplenus probet. Quardam opinione tenet non esse integrum, & ita non sufficit ad torturam. Ratio, quia non est testis omnino fidelis dignus. Ita glossa 1. fin. C. de accusat. & ibi Petrus, Iacobus Butrius, Faber, Albericus, Salycenus, & communiter alii Doctores, & Odr. Angel. Roman. Hippol. & alii, quos omnes referit Anton. Gom. d. cap. 1. 2. n. 18. & Greg. Lop. d. 21. vbi compatiens.

Altera opinio verior teneri in dictis casibus esse integrum testem, & sufficere ad torturam. Ratio, quia defectus testium habentur ex ipso iure ergo in casibus, quibus ius statutum est admittendos cum talis defectu, est signum tollere defectus, & red-

dere eos habiles, & legitimos. Ita tenet Panorm. Cynus, Gand. Ioan. de Immola, quos referit, & sequitur Anton. Gom. d. num. 1. 8. vbi adiurit cum Hippolyto, quod talis testis, quando testatur de socio, debet iurare, quia non sufficit iuramentum praeditum super proprio facto: tunc enim iuravit ut pars, modo vero ut testis, & debet etiam prius citari pars, contra quam testificatur, iuxta formam in testibus obliterandam, de qua infra.

## D V B I V M XVI.

An testes inhabiles valeant aliquid in indicio.

Prima nota in his casibus, in quibus veritas scribi nequit, nisi per testes inhabiles, quia vel ratione temporis, vel loci non possunt in similibus casibus alii nisi inhabiles repesci, tunc testes inhabiles bene admittuntur, & faciunt plenam fidem; v.g. si delictum domi commissum sit, admittitur domitici, quia verisimiliter non potuit potuisse copia extenorum, exp. fin. de testib. & ibi glossa Ioan. Andr. Panorm. & communis, & plures alii, quos referit, & sequitur Anton. Gom. tom. 3. varior. cap. 1. 2. n. 21. Nauar. cap. 2. 5. n. 51. & cap. inter verba, n. 7. 15. & 8. 16. adiuritque non est esse ut hoc ut tali loco, vel tempore alii habiles reperti non fuerint; sed requiri, ut nec sint, nec communiter esse soleant. Nota hic quod si defectus sit propter odium, & inimicitiam, tunc inhabilis non admittitur, etiam in dicto casu, quia fieri defectus maximam fallitatis presumptiōnem. 1. ff. de testib. Anton. Gom. ibi supra.

Secundum nota, quod quando testes inhabiles sunt a parte contraria admissi in alio iudicio, in quo illorum iudicis via est, tunc non potest repellere eos propter inhabilitatem, quam semel videtur approbasse, nisi post taliter tacitam probationem aliqua legitima causa denudetur. 1. si quis testibus, C. de testib. & 3. n. 5. §. item in criminali.

Tertijs nota, quod quando repelluntur testes, & est inhabilis ob culpam, & delictum, ut sunt infames, &c. vel ob ipsum incapacitatem, ut mulier, minor, &c. tunc licet pars, contra quam producitur, non repellant ipsum, potest tamen index ex officio repellere. Ratio, quia cum tunc fauoris publico inhabilitetur, non potest per partis concensum habilitari. I. quis prohibet, ff. de postulando. Quando vero est inhabilis principaliter fauore partis, ut dolemitus, hostis, consanguineus, &c. tunc si non potest, non potest iudex repellere. Ita tenet plures, quos referit, & sequitur Anton. Gom. tom. 3. varior. cap. 1. 2. num. 2.

Quarto nota, quod in casibus, quibus inhabiles non sunt legitimis testes, nec admittendi de facto admittuntur, sunt aliqui corrum, qui nec fidem plenam, nec etiam indicium faciunt; scilicet, qui propter subiectiōnem, & reuerentiam, quam debent superioribus, repelluntur, ut seruus & locutus contra dominum. 1. 1. ff. de quas. Itew, si propter graves inimicities est inhabilis, non facit indicium, eadem 1. 1. §. praeceps. Item si propter defectum solemnitatis essentialis, ut quia receptus, & examinatus est parte non citata, vel ante litis contestationem, tunc etiam non facit indicium. 1. si quis adulterium, ff. de adul. 1. si quando, C. de testib.

Alij

## Lib. VI. Cap. V. Dub. XVII. &amp;c. 235

Alij vero sunt inhabiles, qui de facto admittuntur in casibus, quibus iure repelluntur, & licet non faciant plenam fidem, nec plenum indicium faciat vnuus, tamen facit aliquale indicium quod functionem cum aliis facit ad torturam. Huiusmodi sunt minor, mulier, infamis, criminolius, penitus, locutus criminis, qui solerter inebriari, vilis, in modo vnuus ex his inhabibilis potest iungi cum alio teste tam fide digno, ut possit cum illo facere plenam probationem, quia magna fides vnuus supplet deficitum alterius. Hec omnia Anton. Gom. d. cap. 1. 2. n. 20. & 21. plures referunt. Committunt tamen quando testis est inhabilis, nequius adiungi aliis, ut plene probet, quia cum faciat fidem, non potest augere alterius fidem, ut bene Surdus consil. 4. 5. num. 57. & 58. volum. 3.

## D V B I V M XVII.

An quando persone sunt privilegiatae, valeant earum testimonium.

Nota, quodam esse priuilegios ob reue-  
rentiam, quam debent suis superioribus, ut  
sunt filii, & omnes descendentes contra afe-  
cientes, & libertus contra dominum, & mulier  
contra virum: alij vero sunt priuilegiati, quibus  
concessum est, ne possint cogi ad testificandum;  
ne deponant contra suos coniugios, ut sunt con-  
sanguinei intra quartum gradum secundum com-  
unitationem iuri ciuilis, de qua re late supra, vbi  
de denunciatione ad edicta.

Sit conclusio. Si priuilegiati primo modo etiam  
sponte deponant, non valet corum testimonionum.  
Ratio, quia non possunt aliorum fauori renun-  
ciare. At priuilegiati secundo modo, licet non pos-  
sent cogi, ut si sponte deponant, valet corum te-  
stimoniū. Ratio, quia possunt renunciare suo  
factori. Ita disponit 1. 1. tit. 16. part. 3. & docent  
plures, quos referit, & sequitur Anton. Gomez tom.  
3. var. cap. 1. 2. n. 24. notat tamen, quod si cause  
sunt tales, in quibus alij testes inteniri nequent,  
tunc omnium honestum testimonium valet. Ratio,  
quia in hoc cauī cessat priuilegium, & omnes dici  
cogi valente, ut vico citato diximus.

## D V B I V M XVIII.

An aliquis in causa propria, vel sibi, & alteri  
communi, possit esse testis.

Espondetur, quod regulariter non potest. 1. R

Romulus, C. acr. sib. Ratio, quia amor proprii

commodi generali magnam fatigat fulpicionem;

excipiuntur tamen aliqui causas, ip quibus admittuntur,

scilicet quando tales circumstantiae concur-

unt, ut celsa propriam non minuat norabili-

ter probabilitatem testimoniij, vel propter cui-

tatem cauī, vel propter grauitatem personae: ut

si homo magne virtutis mutuant alii numeros,

potest talis & alio teste legitimo facere sufficiē-

tem probationis de mutuo. Idem etiam plures

potest contingere in causa communi, v.g. in casibus

supra polis, quibus diximus Religiosos, &

collegios, & legariorum, & fideicommissarij in testamento quibus ipsi sit legatum, vel fi-

de dicommissum, possunt esse testes, non tamen

quoad ipsum legatum, vel fideicommissum, sed  
quoad hereditatem, & alia, licet causa ad omnes  
quodammodo pertinet. Ita Sylvest. verbo testis,  
quest. 2. vbi haec omnia docet, referens textus, &  
Doctores.

## D V B I V M XIX.

Quae solemnitas necessario requiratur in reci-  
piendo testimonio.

R Espondetur alias esse, quas optime ponit  
Sylvest. verbo testis, q. 6.

Prima est, ut testis inter se totam veritatem di-  
gitur, quam de re illa nouit, vel totam veritatem  
dictur, nulla fallitare admixta, & haec est tam  
necessaria, ut nullus, licet magna auctoritas, pre-  
ter Papam, admittatur testis in alterius dannum  
sive iuramento, potest tamen ex contentu pati-  
tum remitti iuramentum, id est, ut fine illo te-  
stificetur, excepta causa matrimonij, cap. mper,  
act. testibus.

Secunda solemnitas, quid partes praepiue  
adserunt, vel alij ipsarum nomine sunt praesentes,  
v. audient, & videant testes quando testificantur,  
vel faltem requirunt, ut cidentur, & admo-  
neantur, ut per ipsas fieri non esse praesentes. Intel-  
ligitur verbis, non quod partes audient, quid depo-  
nunt in particulari, in ferreto enim debent depo-  
nere, fed quod videant, & audiunt eos iurantes  
ad deponendum, cap. in nomine, de testimoniis. Sed  
huc solemnitas in multis casibus deficit, in qui-  
bus sat est, ut post testium publicationem pars  
aduersa videat depositiones contra ipsam pro-  
latas.

Tertia est, ut testis deponat via voce, & non in  
scriptis, cap. testis, 3. quest. 9.

Quarta est, ut verecipiantur testes parte citata, &  
post licet contestationem, sed nota quod licet hoc  
sit communiter verum, at multi causas, in quibus  
deficit, excipiuntur. Vide in Sylvest. vbi supra, cap.  
quoniam, ut liceat non confess. Tempus verbis, in quo  
possunt recipi testes, licet communiter signetur  
tempus, quo recipiuntur probationes, quod terminus  
probationis dicitur: tamen in aliquibus  
caibus durat etiam post publicationem vique ad  
sententias diffinitiām; ut quando iudex proce-  
dit ex officio, & quando probatio sic in defensu  
allicius innocentis, & tam evidens potest esse inno-  
centia, ut etiam post sententias diffinitiām  
possit fieri talis probatio. De hoc Anton. Gom. tom.  
3. var. cap. 1. 3. n. 3. & 54.

Quinta est, quod testis non se offerat, sed  
sit vel à iudice citatus, vel per partem iudicii pro-  
ductus. Item, quod in particulari non pronit  
testificari quid certum.

Sexta, ut deponat ex certa scientia, scilicet de  
vitis à seipso, quando obiectum est visibile, vel de  
auditu proprio, quando obiectum pertinet ad au-  
ditum, & fit de aliis sensibus, itaut que proprio  
sensu percepit dicat, & non quod alieno, & si  
familiter ut reddat causam de re quam testificatur,  
v.g. quoniam oculi sunt febris, & quare: ut si de  
reco noctu perpetrato testetur se vidisse, debet red-  
dere causam quare videtur, scilicet quia era luna  
clara, vel lumen aliquod. Si vero testis deponat  
non de certa scientia, sed de credulitate, aut de  
vitis, vel auditu ab aliis, tunc non est integer  
testis.

V 4 testis

cessis, sed valet pro indicio, vel ad probandum infamiam. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 12. n. 7. & 10. Sylvest. verb. testis. q. 6.

## D V B I V M X X .

*An pars aduersa possit ad sui defensam detegere testium defectus.*

**P**rima conclusio. Quando talis detectio non conferit ad partis, contra quam fertur testimonium, iustitiam defendendam: item quando testimoniū fuit verum, & index iuridice procedit, tunc talis manifestatio, ex qua tali notabilis injuria, vel notabile dānum sequitur, est peccatum mortale. Ratio, quia contra iustitiam infamatur, ius enim non conciliat hoc medium, nisi quando est necessarium ad confessionem innocentis. Ita nonnulli recentiores Magistri. Et primam partem huius conclusionis docet expresse Sotus lib. 5. de iust. qu. 7. art. 3. Vnde infra Sotus, quod si crimen occultum testis non sit ex illis, ob quae testimonium repellitur, nefas erit illud detegere, quia nihil conferit.

**S**econda conclusio. Quando parti aduersae sequitur ex tali detectione parva virilitas, aut leuis defensa, & ipsi testi sequitur dānum maximum, tunc peccatum est crimen ipsius detegere. Ratio, quia licet quis posset rem suam ab iniusto iusfore defendere, cum iniutoris dāno: non tamē quilibet rem cum quolibet dāno: quia non patitur charitas proximi, vt pro minima re conservanda maximum illi dānum inferas. Sic Sotus ubi supra, & aliqui Magistri.

**N**ota tamen, quod quanto testis inhabilis minori culpa testificatur, tanto major habenda est ratio de dāno illi: sequitur: nam si, cū sit occulte inhabilis, ipse se sponte offerat, maiori dāno dignus est, quia eīt velut latro; si vero contra suam voluntatem compellitur, tunc maior obligatio est excusandi dānum ipsius. Ita Sotus ubi supra, & alii Magistri.

**V**ulma conclusio. Quando crimen occultum testis verum est (nam si falsum est, nulla ratione licet id impone) & eius detectio est necessaria ad causam iustitiae, & dānum, quod parti aduersae sequitur, est notabile, licet magnum sequatur ipsi testi, & minus quam partis, liceat porci fieri. Ratio, quia eīt medium per ius conceleum, & sic cum pars vtracū iure suo, non delinquit contra iustitiam, nec etiam contra charitatem, quia non tenetur cum tanto dāno suo, vitare alienum. Sic Sotus ubi supra, & quidam docti iūniores Magistri.

## D V B I V M X X I .

*Ad quid tenetur testis, qui falsum depositum.*

**I**t prima conclusio. Si id fecit scienter, vel ex notabili negligentiā, tenetur famam, & totum dānum inde sequuntur, restituere lesio. Ratio, quia per iniuriam fuit causa dāni. Nauar. sum. Hilp. & Latin. cap. 25. num. 40. Sylvest. verb. testis, qu. 10. Angel. ibi. num. 30. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 19. §. 7. Sotus lib. 5. de iust. q. 7. art. 4. Alcozer

summa, cap. 26. vbi de peccatis testium, Cafetan. 2. 2. q. 70. art. 4. Idem dicit Nauar, si id quod dubitabat, testatus est tangam verum.

**S**econda conclusio. Si falsum depositum non scienter, nec ex lata culpa, sed ex leui, tunc non tenetur totum dānum restituere, sed partem proportionate culpa. Sotus, & multi iūniores docti.

**T**ertia conclusio. Qui prater intentionem adhibita mediocri diligentia falsum dixit, non tenetur restituere dāna inde sequuta: pater, quia non ratione iniuriae acceptio, siquidem nihil iniurium community, nec ratione rei accepte, siquidem in nullo ditor eīt factus. Ita Caiet. Sotus, Nauar. ubi supra, Corduba memb. 2. de secreto. qu. 7. sub fin. D. Anton. ubi supra.

**N**ota tamen, quod licet iste non tenetur ex sua substantia restituere, tenetur tamen dictum suum retractare, nam licet id non profit, nisi inconveniens sit ad hoc ut testimonium sit nullum: prodebet tamen, ut multo debilius reddatur, in modo quandoque ut sit nullum, quando perlongum sit bone estimationis, de qua non est iūpicio ob subornationem, retractare se. Ita Nauar, Caiet. Corduba ubi supra, & aliqui docti iūniores Magistri. Hoc tamen intelligitur (vt optimè Corduba) quando circa notabile luum dānum posset ita testis testimonium suum retractare; quia cū iste nullum comiserit in iustitiam, sola lege charitatis ad hoc tenetur: at lex charitatis non tanto obligat determinatio.

**S**ecundum nota, partem, pro qua latum est testimonium falsum ex inaduentia, tenetur fidem a liberis tali testi bona estimationis iurantur se falsum dixisse, & sic desistere a litis prosecutione, ei si aliquid ob tale testimonium consequuta est, restituere. Caiet. 2. 1. qu. 1. o. art. 4. Nauar. in summa Hilp. ubi supra, at in Latina nihil de hoc mentione.

Hic essent duo dubia tractanda.

**A**lterum an testis, qui falsum dixit, tenetur penam, quia reus damnandus erat, restituere.

**A**lterum, an testis, qui pretium recepit, vt verum testimonium dicat, tenetur illud restituere? Sed hoc in mat. de restit. proprium locum habet.

## C A P V T VI.

## De secreto seruando.

**N**on abs te erit hic aliqua trahere de obligatione seruandi secretum. Sumitur autem hic secretum pro re aliiciū sub secreto commissa, de qua re tria, vel quatuor agitabo dubia.

## S V M M A R I V M .

D V B I . *An seruare secretum sit actus virtutis, & sit in precepto.*

**A**n tenetur quis potius vitam exponere, quam secretum fidei sue commissum, vel peccatum alienum occultum, quod tamen ipse videt, detegat.

**3.** *An alienas literas aperire & legere sit peccatum mortale.*

## D V B I V M

## D V B I V M I .

*An seruare secretum sit actus virtutis, & sit in precepto.*

**P**RIMA conclusio. Seruare secretum est actus virtutis fidei, vt fides est idem quod fidelitas. Pater, quia ad fidelitatem pertinet seruare, quod quis fidei nostra committit, sed huiusmodi est secretum: ergo Ita Sotus lib. de secreto, memb. 1. q. 1.

**2.** Secunda conclusio. Praeceptum seruandi secretum est naturale, diuinum, & humanum. Quod sit naturale, pater, quia lex nature docet, vt quod nobis volumus, alteri velimus, sed quicumque iure naturali constringitur, id officium alteri praestare. Quod sit humanum, pater. I. mca. C. de secr. mod. lib. 2. cap. 5. q. 1. Quod sit diuinum, late probat Sotus memb. 1. q. 2. vbi hanc conclusio nem. statut.

**3.** Nota hic plures esse secretorum gradus.

In primo gradu est secretum confessionis, de quo modo nihil.

In secundo gradu est secretum publicum, id est, ad quod quis tenetur ex officio publico, aut legali debito, vt, Senator, vel canonicus, vel quartu publica persona tenetur seruare publicum secretum.

In tertio est secretum, quod quis per iniuriam & tortis, vt si literas alienas aperiat.

In quarto, quanto quis data fide recepit arcana a amici, & in his omnibus casibus tenuerit quis de iustitia seruare secretum.

In quinto est, quando quis visu, vel relatione alterius nouit secretum, & ad hoc secretum tenetur quis de praecerto fidelitatis, non quod sit pars subiectus iusticie, sed pars potentialis. Sotus dict. qu. 2. ante quintam conclusionem, & qu. 1. conclusio.

**4.** Tertia conclusio. Secretum alienum temere & sine causa detegere, est peccatum mortale ex suo genere. Pater, quia violatur iustitia, & grauius in iuria interrogatur proximo. Ita Sotus d. 9. 2. conclusio. 3. Sylvest. verb. secretum. D. Anton. 3. part. tit. 22. cap. 17. §. 2. Nauar. cap. inter verb. cor. 6. 5. n. 800. & in summa cap. 18. Lat. num. 52. Hilp. num. 53. & num. ult. Caiet. 2. 2. qu. 1. o. art. 1. ad 2. Palud. 4. dif. 2. 1. qu. 1. o. art. 1. fine. Arml. verb. secretum, num. 1. Alcozer. summa cap. 22. fine. Metcia lib. 1. summa cap. 14. §. 16. addens teneri dāna restituere.

Nota hic aliquid.

Primum hoc non tantum procedere vbi quis ex parte fidem de decreto ferendo dedit, sed etiam vbi non dedit, verum ex dicendi modo, & dicendi mente colligitur animus fuisse sub secreto committere. Ratio, quia tunc tacite confessus alius fidem de secreto ferendo dare. Ita Palud. lib. 1. Sotus 4. dif. 2. 1. q. 2. Nauar. dict. n. 800. & in cap. 18. Hilp. num. 51. Lat. num. 52. & Nauar. lib. 2. de restit. cap. 4. num. 450.

**6.** Secunda nota ex leuitate materiae contingere posse, vt alieni secreti detectio sit peccatum veniale, feliciter, quando modici momenti est detectum. Ita Caietan. Nauar. Alcozer. ibi. sed oportet, vt ex hac parte excusatetur a mortali, vt certò deter-

gens sciat esse partui momenti, nam si de hoc dubitetur, est mortale ratione periculi, cui exponitur. Nauar. ubi supra.

## D V B I V M II .

*An teneatur quis potius vitam exponere, quam secretum fidei sue commissum, vel peccatum alienum occultum, quod tamen ipse videt, detegat.*

**T**riplex est sententia.

Prima tenet neminem constringi secreta seruare cum vita dispendo. Ratio, quia fides data non tanto dispendo obligat. Ita tenent aliqui, quos reserat Sotus ubi infra.

**S**ecunda sententia tener, quantumvis quis gravibus tormentis excruciatu fuerit, teneri non proderet crimen fratris occulatum. Ratio, quia talis proditio est contra iustitiam: ergo ob nulla tormenta licet. Ita Driedus lib. 1. de libert. Christi. pag. 228.

**T**ertia sententia est media, & tenenda est, & ideo explicabitur aliquibus conclusionibus.

**P**rima conclusio. Qui locum tenent, & officium publicum, id est, illi, quibus publico officio incumbit, tenentur ex parte mori pro celando reipublice secreto, quando priuati non tenerentur. Apollonius autem hic reipublice secretum, cavales etiam priuatorum, que tractantur in iudicio publico. Probarunt, quia secreta reipublicæ sunt praetextus populi salutem: ergo illi, quibus tota reipublica arcana sua cōmisi, & quibus stipendia pro hoc officio tribuit, & qui peculiari sacramentis fidem affigunt, multo maiore vineculo tenentur seruare secretum, quam alii priuati; atque ideo ideo exponuntur, etiam cum vita dispendo. Hinc fit, vt index caufam audiens, in qua res grauiilla, vt vita. Dicatur, maximo honore, &c. ageretur, si inuidatur ab aliquo litigantium sub mortis pena, vt merita causa prodat, tenuerit potius mortem pati. Eridem est dicendum de fratribus, quorum fidei cause graves committuntur. Ita Sotus lib. de secreto, memb. 3. q. 4. conclusio. Nauar. summa Hilp. (nam in Lat. hoc non ponit) cap. 1. 8. num. 32. limitat tamen, quando ob secreti detectionem, vita, vel membrum alterius partis periculo exponeretur. Secus si tantum pena pecunia, vel ex ilij dāna erit alteri pars, cuius facili posset detectio compensationem pecunia facere, tunc enim non tenuerit mortis periculo tacere.

**S**ecunda conclusio. Si reuelatio secreti vergere in grave reipublicæ malum, tunc quisvis etiam priuatus tenetur vitam exponere, potius quam id detegat. Ratio, quia pro salute reipublicæ tenetur quisvit vitam exponere. Sotus, & Nauar. ubi supra. Corduba summa q. 6. §. 5. secr. reg. regular. me. Ex cap. infra Nauar. militem bellum captiuum à Mauris quibusvis tormentis cruciatur, non posse sui exercitus secretaria pandere, si ad eius conseruationem necessaria esset.

**T**ertia conclusio. Qui per initium secretum aliquis extorquet vi, vel fraude, vel literas apertis, tenetur potius mori, quam illud, si res magni momenti sit, aperiat. Ratio, quia iste ratione iniustitiae commissio fortiori constringit vinculum.

**I**tem, quia potius teneri quis mori, quam alienam famam deprædictum: at qui per iniuriam secretum

secretum extorquet, famam deprendatur: ergo. Ita Sotus ibi conclus. 7. & Nauar. ibi sapra, limitans sicut primam conclusionem.

- 7 Quarta conclusio. Nemo tenet secretum quod sub fide signi seruandi recipit, seruare cum vita dispendio, aut alia gravi iactura honoris, aliorumque bonorum. Ratio, quia ite non teneat ex officio ad id, sed ex promissione, at nemo censetur dum promittit cum tanto dispendio se ad id obligare. Item, quia pecuniam deposito receptam non teneat quis tanto danno seruare. Sotus ibi sapra, conclus. 8. Cordub. ibi sapra, & Tsi se pregunt.
- 8 Quinta conclusio. Quando quis eatu nouit alienum secretum, licet teneatur illud contegeri sub peccato mortali, si magni momenti sit; at non teneat grava pati, vt illud celet. Ratio, quia ad hoc solum teneat ex charitate, sicut teneat res amicorum seruare, vbi sine gravi suo detimento posset. Sotus conclus. 9.

## DVBIVM III.

An alienas literas aperire, & legere sit peccatum mortale.

1 Sit prima conclusio. Qui legit ex consensu expresso, vel presumpto mutantis, vel eius, cui mittuntur, literas, non peccat. Ratio, quia nulli facit iniuriam. Ita Nauar. cap. sacerdos, de penit. dist. 6. num. 6. & in summa, cap. 18. Lat. num. 5. Hilp. p. 54. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 22. §. 5. fine, Sylu. verbo sacerdos, quæst. 1. Tabien, ibi, n. 2. Angel. 2. Arnil. verbo litera, n. 1. Caet. verbo litera, Margar. fol. 20. 3. Padraza 2. præceptio, fine. Alcozer summa, cap. 22. 3. Mecina l. 1. summa, cap. 14. §. 36. Nauar. lib. 2. de refut. cap. 4. n. 48.

2 Secunda conclusio. Qui superioritatem habent in aliis, non peccant legendo literas, quas vel ad ipsum alii mittunt, vel ipse ad alios mittit, ut Praelatus legens literas Monachorum, Abbatissam Monialium, vir viroris, pater filiorum, qui sub sua sunt potestate. Ratio, quia hi ventur iure suo, dum cauenit ne aliquid mali his subflequantur, quorum regimenter habent. Ita Nauar. Caet. Arnil. D. Anton. Syluest. Angel. Tabien. Margar. Pedraza locis citatis.

3 Tertia conclusio. Non peccant, qui auctoritate publica aperius literas, ut Duces in bello ob obviandum malo publico. Ratio, quia hoc est valde necessarium ad bono communum consulendum. Sic idem. Item non peccat, qui legens literas lui aduerteri, si probabilitas dubitet in eis aliquid in suum damnum tractari. Ratio, quia virtus iure suo, sicut indemnati confulens. Nauar. D. Ant. Syluest. ibi. Item non peccat ipsa legens ob obviandum iniusto danno corporali, vel spirituali alterius. Syluest. & Nauar. ibi. Item, quando litera illa haberentur pro derelictis. Syluest. Tabien, Angel. ibi.

4 Quarta conclusio. Qui ob solam curiositatem absque ullo laedendi animo legeret, credens non contineret magni momenti in his literis, peccaret venialiter. Ratio, quia non infert notabilem, bene tamen aliquam iniuriam. Ita Caet. Nauar. Alcozer, Pedraza, Arnil. Margar. & reliqui citati. Sed aduerte oportere ad hoc, ut excusat ex mortali ex hac causa, vt pro certo credit legens non continet ibi res ciuiummodi: nam si dubitaret ratio-

ne periculi, cui se exponet, non excusatetur. Caet. Nauar. Mecina, & Nauar. sapra. Item, si paratus sit seruare secretum, si forte calu in illis haec resuinenterunt. Caet. Arnil. Marg. Alcozer, Pedraza ibi.

Vtima conclusio. Extra prædictos casus peccatum mortale est legere literas clausas, vel in decreto positas. Ratio, quia graui interrogatur iniuria proximo. Item, quia licet legens falsarius est, & graue fallariorum penas incurrit, vt Nauar. & caeteri summis docent, & probant. Ita omnes Doctores citati, & Nauar. ibi, num. 4. 8. air forte dici posse, quod si apertens literas certus est, se non nocuitur, nec eius occasione alium: non esset mortale, licet crimen aliquod ibi esset scriptum feliciter ordinata ad confessionem: quia infame coram uno, qui nocere non debet, non est mortale; sed de hoc alibi.

## CAPVT VII

## De Aduocatis.

## SUMMARIUM.

- DVB. I. Utrum Aduocatus teneatur patrocinari pauperi.
2. Quibus personis interdilectum sit officium aduocationis.
  3. An in aliquo eventu fas sit clericis, & Episcopis patrocinari.
  4. An qui iure prohibiti sunt patrocinari, delinquenti mortaliter, si motore hoc fungantur.
  5. An clericis interdilectum sit tabellonis officium. Scilicet notarii.
  6. An clericis, & Episcopis fas sit tutoris funeris obediens.
  7. An causifice fas sit utramque partem tueri, scilicet sui clientis, & aduersarii colligitorum.
  8. An Aduocatus habens causam instantem possit aduersarii decipere, & causationibus vti.
  9. An Aduocato licet copia lire pacisci de salario. Item concurrence de quota fibi danda.

## DVBIVM I.

An Aduocatus teneatur patrocinari pauperi.

**R**IMA sententia asserta in extrema tantum necessitate pauperis teneri Aduocatum sub mortali ei patrocinari, quando scilicet pauper in extremitate necessitatem inciderit, si in illa causa ius fuerit amittere, vel vitam esset ob id amittere. Ita tenet Caet. 2. 2. quæst. 7. 1. art. 1. Nauar. cap. 25. Hilp. n. 30. Lat. n. 29. Arnil. verbo aduocatus, num. 1. 2.

Secunda sententia tenet, teneri etiam in gravi pauperis necessitate, vt si citra periculum vite periclitaret honor, aut alia vrgens calamitas inopi ingrueret, & non esset alius, qui patrocinari vellet, tunc teneatur Aduocatus sub mortali patrocinio praestare. Probatur, nam idem ferendum est iudicium de hoc, sicut & de aliis elemosynis, vt fatur D. Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 1. sed præceptum elemosynæ obligat etiam in gravi necessi-

## Lib. VI. Cap. VII. Dub. II. &amp;c. 239

## DVBIVM III.

An in aliquo eventu fas sit clericis, Monachis, & Episcopis patrocinari.

Prima conclusio. Sacerdotibus patrocinari non licet coram iudice Ecclesiastico, vel seculari, nisi in quatuor casibus, scilicet cum causa propria, vel propria Ecclesie agitur, vel consanguineorum intra quartum gradum, quando consanguineum alium, vel falsum aquæ bonum caudicum habere nequeunt, vel quando agitur causa miserabilium personarum, que scilicet per se proprias causas ministrare non possunt, vel Ecclesiastico auxilio indigent, cap. sacerdotibus, ne cler. vel Monach. Ita tenet Arnil. verbo Aduocatus, num. 4. Tabien. num. 3. Angel. n. 5. Syluest. quæst. 1. & 3. D. Anton. 3. part. tit. 6. cap. 1. §. 1.

Nora quod etiam in his casibus non licet sacerdotibus patrocinari coram iudice seculari in causa criminali, bene tamen in civilicoram Ecclesiastico vero licet in vitaque tantum in quatuor casibus possit. Syluest. Tabien. Arnil. Angel. ibi, & patet cap. sententiam, nec clerici vel monachi.

Sed utrum in his quatuor casibus licet Episcopis patrocinari duplex est sententia.

Prima dicit non licere nec coram seculari, nec coram Ecclesiastico. Ita Arnil. num. 4. Tabien. num. 3. Angel. num. 4. At contraria sententia est aliorum.

Secunda conclusio. Verius est licere etiam Episcopis in dictis quatuor casibus aduocare coram iudice tantum Ecclesiastico. Ratio, nam non est decens, vt reueneriant, quam iudicii seculari exhibent causidici, exhibeant Episcopi. Ita Panorm. & Pilana, vt refer, & sequitur Sylu. q. 3. D. Anton. ibi sapra, & ali.

Tertia conclusio. Clericus inferioribus, scilicet Diaconis, & hypodaconis, & in minoribus tantum ordinibus constitutis, beneficium tamen habentibus, interdictum est coram seculari iudice Aduocatos esse, excepto quatuor casibus sapra numeratis, ac coram Ecclesiastico liberum est illis in omnem eventu patrocinari, & c. sacerdos, & c. clericis, de postul. Arnil. num. 6. Tabien. num. 4. & 5. Angel. num. 6. & 7. Syluest. quæst. 4. D. Anton. ibi sapra.

Hic oportet notare, quod si negotium, de quo agitur, seculari sit, non licet huiusmodi clericis patrocinari coram iudice seculari, nisi in quatuor casibus positis: at coram Ecclesiastico bene licet in omni eventu. Si vero negotium sit Ecclesiasticum, licet etiam coram seculari iudice aduocare in quibus casu. Patet cap. 1. de postul. vbi tantum prohibent huiusmodi clericis coram seculari, in secularibus aduocare: ergo focus in secularibus coram Ecclesiasticis, & in Ecclesiasticis coram vtrique iudice. Dicitur autem negotium Ecclesiasticum, vel ratione persona, quia est Ecclesiastica persona, quæ frequens forum rei, litigat coram seculari iudice, vel ratione delicti, quod est Ecclesiasticum, vt sacerdotium, vel ratione rei, quae est Ecclesiastica. Ita Syluest. ibi sapra, citans & lequens Innocent. & Panorm.

Secundum nota, quod si dicti clericci nondam ad sacerdotium promoti, licet in facies sint constituti, non habent patrimonium, nec beneficium pro sua sustentatione sufficiens: posunt per aduocationis officium